



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Intentio Actualis, & Virtualis approbatur in casu nostro, non vero  
Habitualis, & Interpretativa, n. 6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

& interpretativè dicetur velle, seu intendere homicidium. His positis duobus dictis rem, quæ ad nos facit, expediam.

*Intentio Actualis, & Virtualis approbatur in casu nostro, non vero Habitualis, & Interpretativa.*

• **D**ico primo, intentionem Actuale[m] consecrandi, ut etiam Virtualis, sufficientem, esse in Sacerdote, ad hoc ut validè, & sine culpa sacrificium celebret. De Actuali non indigemus probatione. De virtuali ratio est, quia Deus non requirit aliam intentionem in administrandis, & conficiendis Sacramentis, nisi illam, qua hominibus rationali, & humano modo operantur, qualis est intentio virtualis, cum qua communiter homines operantur, nam perpetuam actualem intentionem ad rem, quam intendunt

*videm, aliq. passim.*

tendunt, nec habēt, nec moraliter habere mortales possunt, cum pateat experientia, tunc minus nos, actu attendere, cum maxime attendere conamur. Adde quod, cum tã facile sit humanæ menti ad aliã divertere, si actualem intentionẽ omnino requisisset Christus Dominus in sacramentis conficiendis, ea continuæ nullitati exposuisset.

7. Dico secundo intentionem habitualetm; vel interpretativam sufficientem non esse. *¶* Ratio est, quia cõsecratio, ut etiam quælibet alia sacramenti confectio est instituta à Christo, ut exerceatur, sicut modo dictum est more rationali, & humano, non vero veluti à Pythaco, quod fuisset indecentissimum, cum ministerium, quod fit, nomine Christi, peragendum esset more brutali: At actio per intentionem habitualetm, vel interpretativam facta, non est in se, & formaliter libera, ut patet, quia ut sic

P. 2. potest

*¶* *Idem.*

potest fieri ab amante, vel obrito,  
vel dormiente.

*Praxis predicta Intentionis  
consecrandi.*

§ EX his infero primò, quòd  
Sacerdos, quamvis propter  
devotionem, & reverentiam debe-  
at procurare Actualem intentio-  
nem, in ea tamen procuranda anxio-  
sus esse non debet. *Aut bene Caieta-  
nus* (sunt verba Suarii) a *Actualem*  
*intentionem non esse intelligendam in*  
*actu signato, quia nec necessarium est,*  
*nec expedit, ut Sacerdos v.g. dum con-*  
*secrat, hunc actum interioriter repetat*  
*Ego intendo conficere: sed melius est,*  
*ut de ipso mysterio à se conficiendo co-*  
*gites, quòd vocavit Caietanus Actua-*  
*lem intentionem in actu exercito, &*  
*est potius attentio quòdam ad res sa-*  
*cras peragendas, cùm quòd est coniu-*  
*cta voluntas perficiendæ eadem myste-*

*a Suar. in fine Comment. ad qu. 641*  
*S. Th. de sacr. ar. 8.*